

Matth. 25, 31. venerit filius hominis in sede^a maiestatis nostre, tunc dicat hostiarius illi: Amice bene^b venisti! Si^c perseveraverit pulsans nichil
 ib. 30. dans vobis, proicite eum in tenebras^d exteriores, ubi^e erit fletus et stridor dentium. Cardinales dixerunt: Quid fatiando pecuniam^f possidebimus^g? Papa respondit: In lege quid^h scriptum est, quomodo legisⁱ
 Deut. 6, 5. dilige^k aurum et argentum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et divitem sicut te ipsum. Hoc
 Lev. 19, 18. fatiens^l vives.

Tunc venit quidam clericus iniuste^m oppressus ab episcopo suoⁿ, qui non potuit intrare ad^o illum, quia pauper erat^p. Et ille^q clamavit^r: 'Miseremini mei, miseremini mei saltim^s vos hostiarii
 Job 19, 21. domini pape, quia manus paupertatis tetigit me. At
 Act. 8, 20. illi dixerunt: Paupertas tua tecum sit in perditione^t,
 Matth. 5, 26. non intrabis, donec reddideris novissimum quadrantem. Pauper vero clericus abiit^u et vendidit omnia que habuit. Primo^v hostiariis dedit^w, postea car-

lius hominis ad sedem maiestatis nostrae, primum dicite: Amice, ad quid venisti? At ille si perseveraverit pulsans, nil dans vobis, eicite eum in tenebras exteriores.

Factum est autem, ut quidam pauper clericus veniret ad curiam domini papae et exclamavit dicens: Misere-
 mini mei saltem vos, hostiarii papae, quia manus paupertatis tetigit me. Ego vero egenus et pauper sum; ideo peto, ut subveniatis calamitati et miseriae meae. Illi autem audientes indignati sunt valde et dixerunt: Amice, paupertas tua tecum sit in perditione; vade retro, Sathanas, quia non sapis ea quae sapiunt nummi. Amen, amen dico tibi: non intrabis

a) 'ad sedem' R. b) 'ad quid' R. c) 'autem' add. R.
 d) 'tenebris' L. e) 'ibi' R. f) 'Ad quid faciendum pecuniam' R.
 g) 'possidemus: non licet eam mittere in corbanam, quia precium sanitatis' R (cf. Matth. 27, 6). h) om. R. i) 'scriptum est' R. k) 'dilige' L. l) 'fac et' R. m) 'in veste' L. n) 'a beneficio suo oppr.' R.
 o) 'ante' R. p) 'valde. Hostiarii autem veniebant et illudentes ei dicebant: Vade retro sathanas, quia non sapis ea que nummi sapiunt' add. R.
 q) 'Pauper autem ille' R. r) 'clamabat dicens' R. s) 'saltem' R.
 t) 'perditionem' R. u) 'Tunc pauper ille abiit' R. v) 'Postea reversus ad curiam primo' R. w) 'ded. hostiariis' R.